**P**ropter eos qui dicūt cōfessio nem nō esse necessariā ad salutem/ eo q̄ nō cadat sub aliquo precepto diuinio. Ut pater discurrēdo p̄cepta decalogi. Et codi. xx. Nō tandem est et inuiolabiliter obseruandū: q̄ absq; vocali cōfessione vel signo quod loco vocis sufficiat. non est salus. dummodo cōfessor haberi possit. Qo q̄ dicit Amb. Non potest quis a peccato iustificari/ nisi peccatum fuerit cōfessus. Et cōcedendū est q̄ sub precepto cadat sicut om̄e necessariū ad salutē. Sed attendendū est aliquid sub p̄cepto cadere duplicit scilicet vel principalit explicitate. vel secundario et impli cito. Primo modo cōfessio non cadit sub p̄cepto. Qo q̄ nō inueniat expresse in aliquo decē mandator̄ seu p̄ceptorū. Adit tamen secundario et implicite sub p̄cepto. et dici potest q̄ sub illo p̄cepto. Honora patrē tuū et matrē tuam. Ubi precipitur honor et obediēta facienda matri ecclie. Quia igitur ecclie statuit et p̄cepit confessionē homini fieri. Ut cōsequēti. in mā dato illo p̄cipi videtur. ut homi fiat confessio. Ubi autē confessio instituta sit precipiatur ab ecclia. Requiere in summa Raymudi tit. de peni. disti. ii. que est de cōfessione pagra. Qui sit. (fessio

## Cui sit facienda cōfessio

**C**ui autē facienda sit confessio. in summa p̄dica Raymudi dicitur. Verū tamen breuiter dici potest q̄ soli. p̄prio sacerdoti est facienda. qz ille solus habet potestate ab soluendi suos subditos. preterq; in casibus specialib; scilicet cum dñs papa vel ep̄s in dyocesi sua/ dat proprio sacerdoti adiutores. sicut facit cū trāfert p̄tatem suaz in penitentiarios suos. vel ordinat aliq; qui predicādo/ et exemplū bone vitedan-

do/ moneāt populū et eos quos monuerint audiant et absoluant. Ut cum plebs multa est et nō sufficit propriū om̄es audi re. tunc p̄t ep̄scopū dare coadiutores. Sunt et alij casus. scilicet cum sacerdos licentiat suū subditū et alij cōfiteatur. Et creditur q̄ teneat licētiare in sequētib; casib; subditos. Et si nō licētiauerit/ potest sub ratihabitōne alicui p̄eti. Scilicet cū quis habet indiscretū sacerdotē. Item cū p̄ba biliter credit q̄ reuelet confessionē suam. Item cū quis fornicatus fuerit cum filia sorore matre vel cōcubina propriū sacerdotis. propter qd incurrere credit ei odi um si confiteat ei. Itē cum p̄babilitē credit q̄ velit inclinare animū cōfidentis ad cōsensum mortalis peccati. Itē cū quis occītus hereticus dephendit. Itē sī aliquos cū propriā ouem cognoverit. In huiusmodi casib; p̄ti potest licētia p̄ propriū sacerdotis. ne cōtemni videat. Et si nō dederit/ credit vel q̄ maior adeundus sit. vel aliquib; illorū qui a supiore suoy dño papa potentia absoluedi acceperūt/ confiteri possit. Qo q̄ satuitas indicatur cōmittere se discriminī. p̄sertim cum omnibus cōtradicentib; possim cauere p̄culum in corpe. Et satuū esset dicere q̄ alii quo casu tenerer sequi eū qui me vult precipitare in mente. Sunt et alij casus in quib; non oportet expectare nec adire p̄ priū sacerdotē. Ut cū quis peccauerit in parochia alterius. vbi ratōne delicti efficitur de iurisdicōne eius in cuius parochia peccauit. Itē cū quis mutauerit domiciliū. et in alterius parochia habitat. Item si estragabundū p̄ terras. Item cū est in articulo mortis. In q̄ casu siue habenti claves ligatas. siue solutas licet cōfiteri. Sed hic attende q̄ Raymundū et alij valde magni dicūt q̄ cum p̄prius sacerdos dat suo parochiano licentiā. vbi voluerit confitēdi. oportet illū parochianū aliquē adire habentē generalē potestate confessōnes audiendi. Qo q̄ ipse p̄ prius sacerdos parochianū suū licet pos sit de confitēdo alteri licētiare. Non potest tamen illū alienū sacerdotē licētiare q̄ talem possit confessionē audire. nisi accepta ab ordiario potestate. Et tamē nos passim videmus/ q̄ plebani assumūt sibi in adiutoriū multos qui nūc licētiati fuerunt ab aliquo ordinario. Unde vult

et scribit **D**agister. vi. de trano in summa sua de titulis. q̄ a iure in ordinatōne data est eis potestas absoluēdi. et hanc recipit quilibet in sui ordinatōe. **U**nde cū assumūtur a plebanis in adiutoriū possum fīm ipm confessiōes audire. Nam cū a iure licentiā habent. nō egēt licentia ordinarioꝝ. **C**eterū de verbo quodā qd dicit ipse. vi. de trano ti. de penitentia

de gradibus peccatoꝝ. videlicet q̄ v̄sus contra naturā ecrebabilit̄ sit in meretrice. sed ecrebabilit̄ in v̄tore. **D**ubitatio oris apud magnos eo q̄ ipse. vi. per verbū predictū videtur velle. q̄ ille v̄sus etiā cum v̄tore propria. semp mortale sit quod aliqbus nō placet. **D**icunt enī qui dam q̄ prop̄ necessitatē v̄tore propter nimia pinguedinē vel apostema vel vulnus in ventre. dummodo fieret in debitō v̄se si cognosceret vir v̄torem mō incōsuetō. excusabit̄ vir a peccato. dummodo causa prolis habēde hoc fieret. **E**t vocant illi v̄sum cōtra naturā solum quādo q̄s nō ea parte corporis vtitur que ad generandū instituta est sed alia. **D**agister Alexander de Ales dicit q̄ peccatv̄r si v̄tore suā modo brutalī cognoscēdo. nec necessitas excusat a toto licer diminuat quātitatē peccati. **U**nde grauit̄ peccar̄. et vt creditur mortaliter fīm ipm q̄ sic cognosceret. nulla existēte necessitate. **D**agister Albert⁹ dicit q̄ nihil eorū que facit maritus cum v̄tore seruato vase debito. est fīm se mortale peccatū. sed potest esse signū cōcupiſcētie mortalis scz quādo nō sufficit modus quē natura determiniat. sed habēt modos brutozū animaliū. nulla existēte necessitate. **U**nde fīm ipm quādo alter eoꝝ nimis pinguis est. vel quādo cōtingit v̄ trem mulieris apostemari vel impregnari. ita q̄ anter⁹ non est membrū applicabile. tūcausa plis habēde. vel causa redendi debitu. vel causa fornicatiōnis vitā de. nō est prohibendū aliter cōuenire. nisi dum taxatv̄bi nulla precedēte necessitate. sed tantū ex libidine fieret. **I**stud tamē non expedit populū scire.

## b. **Quantū possit cō-**

**Q** fessio differri.  
Vātum autem differri possit confessio apud aliquos dubiatur. Dicūt enim aliqui q̄ cō-

fessio differri potest sine peccatoris in tēpus determinatū. **E**t q̄ confessionē face re nō sic est preceptū q̄ oporteat quolibz tempore fieri. Sunt q̄ distinguunt. Quia aut ille qui peccauit nondū est cōtritus sed manet adhuc in mortali peccato. **E**t tūc non cōfiterere data oportunitate. sicut nō cōverti. vel non cōteri. est ei om̄i hora peccatū. Sed nō nouum peccatū. immo aggrauat̄ prioris. **E**o q̄ diuturnitas sit circumstantia aggrauās peccatum. Si autem ille q̄ peccauit iam cōtritus est. **D**ic q̄ tenerur cōfiteri aliquādo. sed nō tunc. v̄l tunc. **E**t ex precepto ecclie infra annū iuxta formā decretalis. **O**mnis v̄triusq;. Q̄ si nō confiteat̄ peccat mortaliter. propter inobedientiā factam matris ecclie. **U**nde illud preceptū de confitēdo non obli-gat sub pena mortalī. dummodo fiat infra tempus statutū. si tamē homo semp con-teratur. Sed qd si ante tempus sic ad cō-fitendū statutū contingat aliquē anteq̄s cōfiteatur subito mori. nec habuerit tem-pus cōterendi de trāsgressiōe diuini pre-cepti. quo iubet aliquid cōfessionem facere. eo q̄ sit morte preuentus. **P**ura q̄ damnat̄ tanq̄ legis diuine transgressor. **E**o q̄ in quo instāti prius fuit soluendo id est potēs soluere confessionē. quia po-tuit cōfiteri vel dolere q̄ nō fuit cōfessus. **S**ed in vltimo instanti iā factus est trās-gressor. Hoc tamē non intelligat de eo q̄ ex causa confessionē differt. vt scz habeat confessore discretiore. vel alia v̄tili causa dummodo diligentia apponat ut habeat.

## **De tercia parte**

penitentie scilicet satisfactōne. **D**e satisfactōne breuiter dicen-dum est. **E**t primo qd sit. Que eius partes. An necesse sit ipsam fieri in charitate:

## **Quid sit satisfactō**

in speciali.

**D**iffinitur autem sic satisfactō/ fīm Grego. a magistro in quar-to libro sententiāz. **S**atisfacere est causas peccatorū excidere. et earū sug-gestiōibus adiutū non indulgere. **E**t vo-cat causas peccati/ occasiōnes alliciētes ad peccandū. Quarū quedā propinque sunt peccatoꝝ. **E**t hec sunt in nostra p̄tate.

# Compendiū theologie

**I**usteas possum<sup>m</sup> amouere vel excidere. Ut bi gratia. **L**ena splendida/ causa propinqua est luxurie. ut Jerem. vi. **S**tatura<sup>s</sup> eos et mechati sunt. Et hāc causam seu occasiōnē possimus amouere et excidere. **S**unt et alie cause seu occasioes peccati/remotiores. que in nostra potestate nō sunt. ut pura oblatio talis cene. vel alicuius rei delectabilis oculis cordis nostri. vel suggestio diabolica de tali splendida cene. Nō est enī in nostra p̄tate arcere dyabolum. quin talia oculis mētis nostre offerat. Occasioes ergo peccatorū p̄m̄q̄ debem<sup>m</sup> excidere quia in nostra p̄tate sunt. Sed occasiōibus peccatorū remotioribus si reniāt a p̄te diaboli. vel carnis vel mūdi. nō debemus cōsentīdo aditū indulgere. eo q̄ in nostra p̄tate sit eas nō recipere. **A**liter autē diffiniſ sic. Satisfactō est damni / vel iniurie illate recōpensatio fm̄ iudiciū et ordinem iuris.

## Quot et que sint

**A**partes satisfactōnis. **S**atisfactōis autē ponunt tres p̄tes. scilicet oratio. elemosyna. ie*uniū*. Que generaliora sunt i satisfactōne cuiuslibet peccati. **L**um enī quis peccat/delinquit in deum. et cōtra hoc specialiter satisfacit orato. Itē delinquit in eccliam hoc est in proximū. et p̄tra hoc specialiter satisfacit elemosyna. Itē delinquit in seipm. et contra hoc specialiter facit ieūnium. De quibꝫ illud dicit. Bona est ora<sup>tio</sup> cum ieūnio et elemosyna:

## An necesse sit confessionē et satisfactōem/fieri in caritate

**U**ltimo querit causa breuitatis de confessiōe et satisfactōe similitudinē. utq̄ necesses sit q̄ fiat in caritate. **E**t an qui cōfiteret et satisfacit extra caritatē. teneat iterum cōfiteri. et iterum satisfacere. **A** Et dicunt hic plures q̄ utrīq̄ debet fieri in caritate. Et repeti si fiat extra caritatē. **A** līj circa utrīq̄ distinguit. Et p̄tio de cōfessione dicit q̄ oportet q̄ fiat in caritate. ex quodā tamen p̄se quēti. ita q̄ oportet q̄ fiat illud quod statutū est ab ecclia. Et oportet etiā q̄ dū fit q̄ charitas habeat. quia semp sine p̄fiteamur siue nō/nos tenemur habere caritatem. Et sic vt tactū est/nos tenemur et q̄

dam conseq̄nti cōfiteri in caritate. **S**ed si fiat ettra caritatē non oportet (vt dicunt) ea repeteret. sed solum satisfaceret cōfiteri q̄ confitēdo prius facti fuerim<sup>m</sup> id ē extra caritatē. dum tamē idem sit prior et posterior cōfessor et memoriam habeat peccatorū cōfidentis. **A**lioquin oporteret repetere. quia integrā debet esse cōfessio. **E**t isti dicti sui ponunt rōez q̄ sc̄z ad hec duo sc̄z cōfiteri et charitatē habere/tenemur diuisim. **N**ā propter statutū ecclie tenemur cōfiteri siue habeamus charitatē siue nō. **E**t similiter tenemur habere charitatē siue cōfitemur siue nō. **E**t ideo potest vñ solui siue alio. **A** Et grā exempli. **S**i teneor ire ad eccliam. et cū hoc teneor tota die esse capatus in ecclia. **S**i vado ad eccliaz siue capa nō oportet me iterato ire ad ecclia. sed solum satisfacere de eo q̄ nō fui tota die in ecclia capatus. **N**onsimilit in proposito. **D**e satisfactōe autē dicit q̄ in satisfactōne duo sunt cōsideranda. sc̄z ipsa solutio debiti. et ipse modus soluendi. ita ut p̄ datum siue factū fiat solutō debiti. et p̄ modum soluēdi placeat solutio. **S**i autē per aliquē fiat extra caritatē solutio debiti. puta penitentia a sacerdote sicut ieūnare p̄ annū et huiusmodi. dicit q̄ de rigore nō exigitur q̄ iterato reddat/ cum charitatē et gratiā adeptus fuerit. **S**ed solum q̄ illud qđ defuerit in mō. ipse penitendo soluat. **A**n qui tenebat deo iniūctam penitentiā facere qđ respicit debitū et cum hoc in charitate et bñ ordinata voluntate facere. qđ respicit modū soluēdi debitū soluet sed nō modo debito. oportebit tales cōfiteri et satisfacere de indebito modo soluēdi. **E**t tūc erit debita satisfactio. Quia sc̄z ejicit satisfactū p̄us quamcum ad debitū. **N**ūc vero posterū satisfactū quantū ad debitū modū. **R**eliqua plenētractā in summa Ray. ti. de penitentiā ppter qđ multa causa breuitatis trāseo.

## De sacramento extremitate vñctōnis et p̄tinētibus ad ipsum.

**A**equit aliquā tangere de sacramento ultime vñctōnis. **E**t p̄mo quid sit. **D**e eius institutiōne. Quid sit eius materia. Que forma. **Q**uis debitus minister. **Q**uis ei effecrus. **Q**uid hic res. et quid sacramentum. **Q**uis sit perceptibilis huius sacramenti.

**E**t quo ad morbum. Et quo ad etatē. De loco vunctionis.

### Quid sit extrema

**D**iffinit autē sic extre<sup>m</sup> vunction<sup>is</sup> a quibusdā. Extremavunction est linitio olei sancti ficiati. facta ad releuatōem utrū usq; infirmitatis. scz mentis & corporis. Et ponit vunction extrema pro nomine vnicō diffiniti. quod qz nō habem<sup>us</sup>. circulo qui mur p duo. Iste vero termin<sup>us</sup> linitio qui ponit in diffinitōne sonat in actū vel in passionē que est in suscipiētē ipm sacramētū. sicut cū dicit baptism<sup>is</sup> est rictio tē. Designat tinctio passiuā. quia intingit baptisatus. Verū tamē si quis totum eē extreme vunctionis veller diffinire. posset ita notificare. Extremavunction est sacramētū ex vunctione infirmis p oleū sanctificatiū facta conferēs infirmis remediū cōtra peccati reliqas. eisī expedit alleuiatōnem ferens corporis infirmitati.

### De ei<sup>us</sup> institutione

**Q**uando autē et ybi sit hoc sacra<sup>m</sup>entū institutū est duplet opī<sup>ni</sup>o. Una dicit ab apostolis hoc sacramētū esse institutū que vide<sup>r</sup> confirmari p glosam sup illud Daci. vi. Angebat oleo multos egros & sanabāt. Que glosa sic dī. Ab apostolis patet hūc mōrē esse traditū vt ener- gumini & aliū egroti / certo loco vngātur oleo / a pontifice consecrato. Scōm hoc ergo dicendū est qz apostoli a deo inspirati. diuina autoritate & volūtate instituere potuerūt istud sacramētū. immo ipse deus in ipsis licet forsan tūc non vngērent modo & forma qua nūc fm ordinatiōem ecclie fit vunction. Sed forsan ad tempus istam formā ex causa nō seruauerūt. sicut ipsi (vt supra tactū est) ad tēpus ex causa ratōnabili formā baptisimi mutauerunt. vscz baptisarēt in nomine christi. Alij volūt qz istud sacramētū tps p se institu erit quoniā iuxta pallegatū capitulū. vi. Daci. Narrato quō christus suos misit discipulos ad predicandū statim seq<sup>untur</sup>. Et erētēs predicabāt vt penitentiā agerēt & demonia multa ejiciebāt & vngēbāt oleo mltos egros & sanabāt. quod nō credit sine institutiōe dñi fuisse. Nec si

mile est de immutatiōne baptismi. qz alid est mutare formā sacramēti. & aliud instituere totū sacramētū de novo celebrandum. Nam & forte nūc per ecclesie autoritatē aut aliquā sibi datā inspiratiōem sicut apostoli habuerūt possent aliqua ad temp<sup>is</sup> iusta de causa circa formaz alieni<sup>is</sup> sacramēti. immutari. sed totū sacramētū instituere null<sup>us</sup> posset vt credid. nisi sol<sup>us</sup> de<sup>r</sup>

### Que sit materia sa-

**D**ramētū extreme vunctionis Alteria huius sacramēti est oleū simplex ab epō benedictuz sine alterius rei admittōne. Cū enim oleū significet nitorem consciētie & balsamū suauitatē fame. & moriturū magis indiget nitore cōscientie. & nō multū suauitate fame/apparet qz morituri simplici oleo cōueniēter pungūtur. Nō crīmate. quod ppositū est ex oleo & balsamo.

**L**et quoniā in eritu constitut<sup>us</sup> indiget gratia sanātē. nō tantū cor sed etiam alia membra qbus abusus est indiget nō tātum vunctione cordis. sed etiā aliorū membrorū quibꝫ maxime peccauit. vt sicut tri na mersio in baptismo signat submersio nē trium peccatorū que in mūdo regnāt scz occupantie carnis. cōcupiscētie oculorum et supbie vite. Sic hic multiplex inunctō signat eliminatōez ex diuina misericordia membrorū singulorum.

### Que sit forma hu-

**D**iuis sacramēti. Forma autē sciēdū est qz sicut forma alioz sacramētorū cōsistit in sermone & ope vt bapti simus in verbis illis/baptiso te tē. Et in ope scilz in mersione baptisati. Et sic de alijs sacramētis. Sichui<sup>us</sup> sacramēti forma cōsistit in ope & sermone. In ope qui dem. in illa scz signatōne mēbrorū in forma crucis. In sermone vero in platōe horum verborū. Per istā suauissimā vunctionēz & suā pīssimā misericordiā dimittat tibi deus quicqd p visum peccasti. Et sic de ceteris mēbris. Nec iterat ista forma sup eandē materiā p replicatōem verborū. quia nō omnino sunt eadē verba vt patet licet in pte eadē esse videant<sup>ur</sup>. Sed cum multiplex sit vunction & multiplex verborū prolatō qz ad singula mēbra singule fuit

# Compendiū theologie

vnciones. et priaverba dicuntur. Nunqd ad inunctōem oculorū dimittuntur eorū peccata. At similiter ad alias inunctōes aliorū membrorū/ alia eorū peccata. vel an omnia peccata simul dimittuntur. Dicuntque omnes alie ille inunctōes licet siā diuersis tempib[us]/ tamē p[ro]cedē tempesc[er]e pro vltimo instāti platois et cōplete inunctōnis facie cēsent. sicut in simili dictū est super in cōsecratōe eucharistie. Nam sīc h[ab]it est tunc enī omnia peccata simul dimittuntur scilicet in vltimo instanti totius inunctōnis et prolatōnis verborū pro quo sunt omnes inunctōnes.

## Quis sit debit' mi nister in sacramento extreme vncōnis.

**D**e munitro autē hoc est tenēdum. q[uod] solus sacerdos potest hoc sacramentū cōferre. et solus ep[iscopu]s hoc oleū cōsecrare. Quod patet tū ex autoritate beati Jacobi quis in sua canonica capitulo vltimo dicit. Insimul alijs in vobis inducat p[ro]sbiteros ecclie. et orient sup eū. vngentes eū oleo in nomine domini. tc. Cum quia istud sacramentū cōsummatiū est penitēcie. Et ideo pertinet ad claves q[uod] solis sacerdotib[us] cōferunt.

## Quis sit effect' illi

**E**sus sacramenti. Effectus autē huius sacramenti sīm magistrus in lib. sententiis ponitur duplex scilicet sanatio corporis et spūs. vt sicut homo et duobus cōstat/ scilicet corpe et anima. Ita sit effectus huius sacramenti sanatio vtriusq[ue]. sed p[ri]ncipaliꝝ metis. q[uod] iste effectus semper sequit[ur] in vere penitēcie. Et ista sanitas metis in duob[us] consistit. scilicet in peccatorū remissione. et in virtutum ampliatiōne.

## Quid hic res et

**D**eniq[ue] vt scias quid sit hic res et quid sacramentū. Notandum q[uod] sīm quosdā sacramentū hic est ipse usus olei. siue consignatio cum oleo. Res autē est ipsa gratia spūscti. q[uod] dicto modo efficit sanatōem metis. et etiā q[uod]q[ue] corporis. quando scilicet expedies fuerit. Se cundū alios autē sacramentū est ipm oleū. Res autē gratia spūscti. tc. Est autē in-

uenire inter illa plurimā similitudinē. q[uod] gratia spūscti ad modū olei lenitatis est morbi spiritualis. lecificat etiā et consolat ab hac vita eternitatis. Unū in psal. Ut erbilaret facie in oleo id est metem q[uod] facies interior est in oleo extreme vncōnis. Et panis id est eucharistia que inunctis exhibetur cor hominis confirmet.

## Quis sit percepti-

bilis huius sacramenti.

**Q**uis autē perceptibilis sit huius sacramenti. Dicuntque non omni morbo veratus sed solū morbo graviori in quo timeat periculum mortis. Unū q[uod] omnis egritudo corporis crescendo p[ro]ducere hoīem ad obitū. in omni morbo cu[m] ceperit iminere piculū mortis. poterit istud sacramentū dari. Sed nūquid pauci et ignorantes et amētes p[ar]t inungi. Dicuntque non. Cum enī hoc sacramentū non debat dari non recognoscētib[us]. et non postulātib[us] ip[s]ib[us]. Tales autē sunt pauci et ignorantes. q[uod] ovino usum rōis amiserūt. Et furiosi nisi habuerint dilucida intuallia. Dicuntque huiusmodi inungēdi non sunt. Posset enī esse piculū tam in irreuerētia. q[uod] etiā in imundis q[uod] bīmōi hoīes cōcomitant. Si tamen furiosi habuerint lucida intualla possent illū intuallū inungi si imineret piculū mortis.

## De loco vncōnis

**D**e locis autē vncōnis est varia[tiō] ap[er]tū diuersas ecclias. Docet semper tenēdum est q[uod] loca q[uod]q[ue] sensuū p[ri]ncipaliter inūgēda sunt sicut oculi. aures. narēs. pedes et manus. Quidā autē addūt pectus et renes. vymobilicū in q[uod]b[us] delectatō est venerea licet non oporteat. Sed vbi inungēdi sunt mutilati. Dicuntque in loco mutilatiōis. q[uod] licet mēbro careat. non tamen carēt potētia q[uod] p[ro]plet actus p[er]tinet ab intra. licet non ab extra. Et iō ut expiet p[er]tinet cu[m] mēbro non supsit. in loco incisionis vel in loco illi mēbro maxime vicino. inungēdus est.

## De sacramento or-

dinis et pertinentibus ad ipm in generali.

**T**is sacro ordinis p[ro]prio occurrit dicendū. Quid sit ordo. Quid ibi pro materia et q[uod] pro forma. Quot sunt gradū et sufficientia

## **D**e sacramento ordinis

27

**eoz.** Quot sunt de necessitate huius sacra-  
menti? Qui ordines sacri, et quare sic dicat?

**Quid sit ordo et**  
quomodo diffinitur.  
**O**ffiniū autē sic a magistro in libro sententiar̄ Ordo est signaculū quoddā sacrū. quo spūlis potestas tradit ordinato et officiū. Itē quidā antiquoꝝ magistroꝝ ita diffiniūt Ordo est sacramentū spiritualis potestatis ad aliquod officiū in ecclia ordinatum.

**Quid in sacramen**  
to ordis sit materia. Et quod res sacramenti

**Q**uid autem sit hic pro materia et quid pre sacramentū a quibusdam dicitur sicut in baptismō tria sunt Unius scz qd tñ est sacramentū s. aq vel tintio cū verbo. Ut aliud qd est res tantum scz remissio peccati. vel collatio grē. Ut tertium qd est res et sacramētū s. caracter baptis malis. Hic hic est aliqd qd est sacramētū tñ. scz illa signa visibilia cū verbis. qd bus spūalis potestas tradi oñdit. Ut in hostiarijs traditio clauij cū verbis ad p̄tinētib⁹. In lectorib⁹ traditio libri prophetaꝝ cū verbis ad hoc institutis. Et sic dealijs. Et aliqd qd est res tñ scz grā spiritus nulli eti infusa. vel p̄t̄as spūalis. Est et aliqd qd est sacramētū et res scz caracter qd impri mit. Alij ponunt duo hora p̄ sacro et re.

**S**ed tūc circa hoc oris dubiū cū dicat q̄ hoc sacrū sit aliqd sacramētū signū exteriū cū verbis ad hoc ordinatis. **E**t in qui busdā ordinib⁹ sicut i sacerdotio sit pro sacrificio imposito manuū cū forma verborū. **A**n si ab uno vba pferantur et ab alio manu imponantur ordo cōferratur. **E**t patet q̄ non ut in decreto distin. ecclī. ca. quorundā clericorum et ex textu et ex glosa.

## Quot sunt ordinū

**Q**uot autem sunt ordinum gradus  
dicit magister in iiii sententiarum  
q[ue] sunt. viii. sc[riptor]um hostiarium. lecto-  
ris etorciuste. acoliti. subdiacono-  
ni diaconi et presbiteri. **Quorum** est officere cor-  
pus Christi quod est excellētissimum officiorum hu-  
manorum. **Et** iō supra sacerdotium non est or-  
do superior. immo nec episcopat. nec archiepiscopat.  
**Quorum** numerus et sufficiens sic poteris

**C**Quoꝝ nūeꝝ t sufficienſiā ſic poteris

accipe. **O**rdinū vn<sup>o</sup> est sup̄nus et p̄cipa-  
lis sc̄z sacerdotiū. Alij sc̄darij et huic defi-  
niētes. **S**up̄nus ordo duos h̄z act<sup>o</sup>. sc̄z  
principalē q̄ est cōficere corp<sup>o</sup> xp̄i. **E**t secū-  
dariū q̄ est pp̄lm preparevt idonee cōicet  
**S**c̄darij autē ordines et huic sup̄mo or-  
dini definiētes. **A**ut definiūt ei q̄ad actū  
sūi principale aut q̄ad actū sūi sc̄dariū.  
**S**i q̄ ad actū sūi principale q̄ est cōficere  
corp<sup>o</sup> xp̄i tūc est p̄tā super hostias ex q̄bo  
cōficit corp<sup>o</sup> xp̄i. **E**t hoc potest eē duplīc.  
**N**uia aut in cōpatōe q̄ ad pp̄lm q̄ eas of-  
ferūt tēplo. **A**ut sic est ordo subdiaconat<sup>o</sup>.  
**S**ubdiaconi enī interest accipe hostias a  
populo et reponere in presbiterio. ut ipas  
ministrare possit diacono ut dicit ysidio.  
**A**ut est p̄tā sup̄ hostias in cōpatōe q̄ ad  
sacerdotē. et sic est ordo diaconat<sup>o</sup> cui<sup>o</sup> est  
hostias oblatas ponere sup̄ altare et ordi-  
nare ut eas ibi cōsecret sacerdos. **S**i atē  
ordo definiēs sacerdotio q̄ ad actū sūi se-  
cūdariū sc̄l<sup>z</sup> ad prepādū populu tūc aut  
defuit ei in amouēdo malū aut in ordie  
ad bonū. **S**i prio mō tunc itez p̄tingit h̄  
duplicit. s. aut amouendo malū qđ est ab  
extra. et sic est ordo hostiarioz q̄nū officiū  
est indignos et viles excludere ne violent  
locū cōionis fidelīū. aut amouēdo malū  
qđ est ab intra. et tūc est ordo exorcistar<sup>z</sup> q̄  
rū est arcere vim demōis p̄ adiuratiōes ne  
impediat p̄ceptiōes sacrōrū. **S**i atē ordo  
defuit sacerdotio in ordie ad bonū. tunc  
p̄t esse duplicit. **A**ut et p̄te intellect<sup>o</sup> et tūc  
est ordo lectorū q̄nū officiū est legere apte  
et disticte ad illūiatōe intellect<sup>o</sup>. **A**ut et p̄t  
affect<sup>o</sup>. et tūc est ordo ceroferarioz q̄ in  
signū ignis sp̄nalis accēdendi in cordib<sup>z</sup>  
nris cereos flāmiferos deserūt. **E**t hi sunt  
acoliti. **A**colit<sup>o</sup> enī grece ceroferari<sup>o</sup> dr lati-  
ne. **A**lij volūt q̄ nouē sunt ordines i ec-  
clesia militātē sicut sunt nouē ordies an-  
geloz in ecclesia triūphāte. **E**t fm q̄sdam  
illorū ep̄atus et archiep̄at<sup>o</sup> stituūt duos  
grad<sup>o</sup>. q̄ additi septē p̄cedentib<sup>z</sup> faciūt no-  
uē. **S**ed om̄i alios corona est primus ordo  
et ep̄atus vltimus. et sic fiūt nouē cum se-  
ptem p̄nominatis. **S**ed prior sententia  
potior est in conspectu modernorum.

## Quot et que sunt

**S**ed necessitate huius sacramenti  
Equis dicere quot et quae sunt de ne-  
cessitate huius sacramenti. Ut dicitur quod

# Compendiū theologie

ser precipue scilicet secus virilis. Unde mulier nō est susceptibilis ordinis. Itē precedēs baptismus qui etiā est fundamen-  
tū ceterorū sacrōrum et repto cōiugio. Un-  
si aliquid nō baptisatus ordinare nō nihil re-  
cipere. vñ oportet post baptismū si vel  
let aliquē ordinē erēqui quod ordinare  
tur. ¶ Itē potestas ordinatis qd qui nō  
est eis ordines cōferre nō potest. Itē in-  
tentio recta. ut scilicet ordinatis intendat fa-  
cere qd facit ecclesia. et similiter ordinan-  
dus sicut quosdā. Itē materia seu sacramen-  
tū ut traditio libri et similiū cū forma ver-  
boꝝ. Item tempore seu etas sicut aliqꝝ qm si  
paulus ordinet etiā precedentibꝫ alijs gra-  
dibꝫ nō recipere cū sicut eos in hoc sacra-  
mento exigunt tam intēcio recipiētis ordi-  
nē qd p̄ferētis. Parvulū autē qd non habet  
vñ liberū arbitriū nō habet intēctionem.  
Alij voluit qd etas sit de cōgruitate et nō de  
necessitate huius sacramēti. Et iō in pdicto  
casu paulus sicut eos recipit characterē nec  
sicut eos est reordinādus. Frater albertus  
vult. qd in alijs ordinibꝫ etas sit de p̄grui-  
tate. sed qd in ultimo ordine qui est sacer-  
dotiū est de necessitate. Unū plane vult qd  
ordo sacerdotiū nō possit paulo conserri.  
Itē ieiuniū sicut alijs eo qd sicut eos pran-  
sus nō cōfert ordinē nec suscipit. Alij se-  
re omnes voluit contrariū. Multa p̄terea  
sunt de honestate et cōgruitate tam ex p̄te  
cōfertū ordinē qd ex pte tempis. que  
reperies expresse in summa Raymū. libro  
tertio in principio et consequētē.

## Qui ordines sint

**P**ostremo notandum qd licet oēs  
predicti septē gradus sacri sint  
duoz tñ primi minores ordi-  
nes nō dicūtūr sacri. scilicet solū tres maiores  
scilicet ordo subdiaconat. ordo diaconat. et  
ordo psbiterat. Et hoc ppter dignitatē qd  
inducit ministratibꝫ in trib⁹ maioribꝫ or-  
dinibꝫ. oportet enim eos vñere cōtinenti-  
am vel simplicē vel sicut temp⁹. Simpli-  
citer in toto ecclia occidētali. vbi nō dā-  
tur isti tres ordines nisi vñeribꝫ ipso fa-  
cto ppter castitatem. Secundū temp⁹. vt  
in orientali ecclia. vbi qd in matrimonio or-  
dinē recipiūt in matrimonio permanēt.  
Sicut tñ dū ministrat abstinēt ab uxoriibꝫ.  
Insug ill⁹ mortuis alias ducere nō p̄nt.

## De sacramento cōiugio

**D**iugū et pertinentibus ad ipsum.  
Sacramento cōiugii nō multa  
necessitatem est hic dicere eo qd in  
summa Raymūdi libro. iiiij. de  
hoc sacramēto sufficiēter tractet. Sunt qd  
dam m̄ que ibidē nō tangunt de quibꝫ hic  
aliqua breuit̄ memorāda sunt videlicet.  
An istud sacramētū sicut alia sacramen-  
ta cōfert grātia et efficiat qd figurat. Quis  
sit eius effectus. An opus cōiugale possit  
fieri sine pctō. An debeat reddi debitū cō-  
iugale tge impregnatiōis. An an debeat  
reddi tempore loco sacro. Item an semper  
debeat reddi cū petitur. Quid hic sit ma-  
teria et forma. et qd res et sacramētum.

## An sacramētū cōiugii

in qd p̄ferat gratiā et efficiat quod figurat.  
Resupposito qd matrimonium est

**D**viri et mulieris coniunctio legi-  
timā/individuā vite consuetu-  
dine retinetur. que diffinitio daf-  
sicut naturā optime institutā. qd tūc vna et  
pura fuit. Pretermisso etiā tractatu de cā  
institutōis huius sacramēti. vbi institutio  
fuit. et qui p̄nt cōtrahere et qui nō cū aliqꝫ  
bus alijs circa hoc sacramētū necessarijs  
que exp̄sse libro quarto summe Raymū.  
inuenies. nūc querendū venit an hoc sa-  
cramētū sicut alia cōfert grātia et efficiat  
quod figurat. Ubi triplex cadit opinio.  
Prima dicit qd nō cōfert aliquā gratiā  
sed cū alia sacramēta significat gratiam et  
p̄ferant. istud tantū signat gratiā sed non  
cōfert. Hec est opinio magistri in li. sentē  
tiaz. et p̄positi antisyodori. Secunda  
opinio dicit qd cōfert grātia licet recessum et  
pctō. nō tñ in ordine ad bonū. Et dicunt  
qd gratia illa est. qd virtute huius sacramēti  
mitigat p̄cupiscentia. ne serueat ultra nu-  
ptiaz honestatē. Et hec opinio p̄babili-  
or videtur. Tertia et satis peritorū opinio  
est qd cōfert grātia etiā in ordine ad bonū.  
Non quidē generalit̄ se ad bonū hoc m̄.  
qd debet facere cōiugatus. Et istud bonū  
est et fideliter coniugi assistat. opera sua illi  
comunicet. plēm susceptā religiose nutri-  
at et huīsmōi. Et sicut hoc patet qd efficit  
gratiā quā figurat. sed non oēm quā figu-  
rat. sicut nec oportet. Figurat quippe cō-  
iunctōem fidelis anime cum christo. que

quidem est effectus eius nō contēns qdēm sed significatus.

### Quid sit ei' effect?

**E**x premissis igitur habes qdēplex est effectus matrimonij. Unus scz nō contētus sed tantū significatus. scz cōiunctio fidelis animi mecum christo. Alius cōtentus et significatus. gratia scilicet qua mitigat fomes. et qua fideliter cōiugi assistitur.

### In amplexus matrimonii

**T**ritalis possit fieri sine peccato. Trum autē fieri possit amplexus matrimonialis sine peccato vel meritorie post hec venit dicendū. Et dicit qdē cause quatuor precipues sunt ppter quas fit cōmixtio cōiugalis. Aut enī fit causa suscipiente proliſ. et hoc duplicit. Aut scilicet ad cultum diuinum ampliandū. et hec causa sic cognoscēdi vpxe ab omni peccato excusat et reddit opus meritoriu. dummodo ista intētio ante finē opis per delectatōem nō corrūpat. Vel fit causa prolis ut scilicet habeat successor hereditatis et hec causa nō excusat a veniali sed a mortali. Aut fit cā redendi debitū et hec causa excusat a culpa et fm aliquos mereſ sic faciēs. dum tamē ista intētio p inordinatā voluptatē ante finem opis nō supplanteſ. Aut fit causa fornicatiōis vitāde et hec causa excusat a mortali. Aut fit causa exsaturande libidiñ et hec causa nō excusat a mortali. Vel fm alios in hoc vltimo casu distingue. qdē aut illa libido causa cuius exsaturāde fit cōmixtio cōiugalis/ tantū rep̄ssa erat/ qdē eam noller alter cōiugum cū alio vel alia explere. et tūc dicunt qdē ad huc est peccatum veniale. Aut intantū creuerat illa libido ut indifferēter vellet quis cā siue cum sua siue cum nō sua explere. Et tunc dicūt esse mortale peccatum.

### In tempore impregnatiōis

debeat reddi debitū coniugale.

**D**icit tempore impregnatiōis dicit qdē ppter periculū nō debet in tempore impregnatiōis vpxe cognosci. Unde si vir eo tempore moueat ad cortū. debet ratōne/ talem motum. ppter timorem pdicti periculi/ refre-

nare. maxime quatuor primis mēsib⁹.

**S**i tamē vir vtorem dico tempore cognovit nō propter hoc peccat mortalit. Et rūm etiā qdē mulier illo tempore maxime coitum ut frequēter apperit. si ipsa petat ipse vir exactus reddat sic reddens leui' peccat. exigēs vro graui'. viresq; tūrvenialit̄m.

### In tempore et loco

**D**eo sacris debeat reddi debitū. Et tempore sacro similiter dicit qdē tempore quadragesime et quatuor temporū et rogationū et pcipiū solennitati nō debet alter cōiugum debitū petere. Si tamen petierit cū pigmentia tamē animi qdē sine coniugij vſu esse non possit/ venialiter peccat. Si autē alter petierit reddat. et actū tamē iusticie et fidei hori excusa ē a peccato. nisi in his casibus preter temporū huiusmodi solēnitatem aliquid iuxta distinctōes suppositas grauius incideret quod peccatum aggrauaret. Sed secus est de loco vro lunt aliqui qdē scilicet nō tenētur in loco sacro reddere debitū si aliquis aliis locus haberi possit. Si autē ali⁹ locus nō possit haberi/ ut cōtingit in tempore guerre/ vbi multis noctib⁹ in locis sacris iacent viri cum vtorib⁹ suis. tunc si alter cōiugum soluat exactus. habēs de hoc dolorē cordis. peccat tantū venialiter. imo si etiā cum planctu et pigmentia quod sine vſu cōiugij esse nō potest. nō credit multi qdē peccat mortaliter. Hec credas qdē tūc cōtaminatio loci distinguitur duplicit. Una que procedit ex incongruitate operis. quod fit in ipso respectu dicti operis in se. Et alia que procedit ex incongruitate opis non quo ad se. sed quo ad consecratōem seu actum ipsius loci in quo fit. Nam illa que procedit ex incongruitate respectu loci tantum et nō operis in se/ non cōtaminat locum in tantum qdē indiget reconciliatiōne. Sed illa vero qdē procedit ex incongruitate ad sanctificatiōnem loci/ respectu opis in se vlt̄ in magnis facinoribus. sicut in stupro adulterio homicidio et huiusmodi. et hec locum cōtaminat in tantū qdē reconciliatiōne indiget maxime respectu aliquorum facinorū vbi sunt manifesta.

# Compendiū theologie

## An semper debeat

reddi debitum cōiugale cum petitur.

**D**e solutōne autē debiti cōiuga-  
lis hoc tenēt aliqui q̄ om̄i tem-  
pore petenti debitu est redden-  
dū fm oportunitatē loci. Qd  
ideo dicit quia ille act⁹ verecūdiā qndā  
habet sibi annecā. Un̄ nō oportet q̄ solua-  
tur in publico. sed in om̄i hora om̄iq̄ di-  
misso negocio. si scit alterū esse in piculo  
sa cōcupiscētia. teneſ captare secrētū cubi-  
le ⁊ debitu reddere. Alij distinguit q̄ si  
cūt in preceptis affirmatiuis semp ad ea  
tenētur sed nō p semp vt verbi gratia. Sē  
p teneor honorare parētes meos. sed nō  
pro semp sed solū pro loco ⁊ tempore. Ita  
hic vt dicūt quis ad semper teneſ reddere  
debitū. sed nō teneſ pro semp. sed solū cū  
oportunitas loci ⁊ tempis hoc exegerit.  
**E**t nota duos versus qui determinant  
quinq̄ casus. in q̄bus quis potest redde  
re debitum sine peccato sed nō petere. Fe-  
sta sacerq̄ locus ieiunia mēstria partus.  
Si peris his peccas reddis qnq̄ licenter

## Quid sit materia ⁊

quid forma in sacramento coniungū:

**Q**uid aut̄ sit materia ⁊ quid for-  
ma. dicitur q̄ materia sunt le-  
gitime psonae ⁊ in potentia pmi-  
ctōnis secū etiētēs. Circa  
quod multi difficiles ⁊ diversi casus oc-  
currunt hoc sacramētū matrimonij impe-  
dientes q̄ sufficierter in summa Raymū  
di determinātur. quare hic causa brevita-  
tis non exprimitur. sed solū pro quadaz  
compēdiosa annotatiōe. ponūtur sexver  
sus sequētēs. Ecclesie retitū necnō tem-  
pus feriatū. Impediūt fieri. permittūt fa-  
cta teneri. Error. cōditio. votum. cognā-  
tio. crimen. Lultus. disparitas vis ordo  
ligamē. honestas. Si sis affinis si forte  
coire neqbis. Nec sociāda retat cōnubia  
iuncta retractat. Forma autē est cōsen-  
sus p vba exp̄ssus. vt accipio te in meā ⁊  
vel huiusmodi. Secūdū alios cōsensus  
anmorū est materia in iugio. forma au-  
tem est debita verborū. platorū forma scz  
Accipio te in meā. tc. Sed nunq̄d et  
iste cōsensus debeat ferri ⁊ esse ad carnalē  
copulam. Et dic̄ magister in libro sentē-  
tiarū q̄ nō in carnalē copulā nec in coha-

bitatōem corpalem sed in societate cōiu-  
galem. quod sic exponit hoc est in carna-  
le debitum. nō in carnalem actū. Nec  
obstat illud de matrimonio beate virgi-  
nis que fm beatū Augus. ita in matrimo-  
nio cōsensit. q̄ nisi aliter deus iuberet. de-  
bitum cōiugale nō redderet. At enim sic  
cōmittens autē virginitatē suam divi-  
ne dispensatōni ⁊ cōsensit in carnalē co-  
pulā nō illā appetendo sed divine inspi-  
rationi in vtroq̄ scilz ⁊ virginitate ⁊ cō-  
mitione obediēdo. Sed virginitatē quā  
nondū rouserat. in desiderio habuit ⁊ cū  
firmo proposito. cōmitionē vero illam  
nisi deus aliter disposeret in sufficientia.  
**E**x his satis patet quid hic sit sacramē-  
tum ⁊ quid res. Nam sacramētū est cō-  
sensus animorū ⁊ cōiunctō corpor̄. Res  
autē duplex est scilz vniō christi ⁊ ecclesie.  
Item vniō duarum naturarū in christo.  
Nam sicut in matrimonio cōiunctio est  
animorū vnius cum vna ita vniō christi  
cum ecclesia que vna est vt dicit Lantić.  
vi. vna est colūba mea. tc. De qua etiam  
vniō dicit prime Ad corin. vi. Qui ad  
heret deo. vnu spiri⁹ est cum eo. Item  
sicut in matrimonio est cōmixtio diuerso-  
rum seruū. ita in christo est vniō duarum  
diversarū naturarū scz diuine ⁊ humane.

**Explicit tractatus ter-  
tius de expōsitiōe septem  
sacramētorū.**